



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Dispvt. XIX. Doctrina huius articuli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

DISPUT. XIX.

De doctrina huius articuli.

Deum esse, omnibus etiam viatoribus esse per se notum, docuerunt Aegidius, & alij. cap. 1.

Communis, & verior sententia oppositum asserit. cap. 2.

Optima ratione premissa sententia probatur. cap. 3.

Diluuntur argumenta prioris sententiae. cap. 4.

CAP. I.

Deum esse, omnibus etiam viatoribus esse per se notum, docuerunt Aegidius, & alij.

Quoniam inter Doctores non satis conuenit, quid sit propositio per se nota, ut inferius patebit; tamen, ut intelligamus, in quo praesentis controuersiae difficultas posita sit, sufficit nobis scire, propositionem per se notam eam esse, cui non per aliam, sed per ipsam solum intellectus assensum praebet: est igitur questio inter Scolasticos, an haec propositio *Deus est*, ita sit hominibus nota, ut non per aliam, sed ex se ipsa ad sui assensum intellectum moueat. In qua controuersia prima opinio est Aegidij in d. 3. quest. 2. additis solutionibus argumentorum. Thomae de Argentina q. 1. art. 3. Alberti 1. p. summae quest. 17. 2. p. q. Antiodoreni 1. li. b. c. 2. praefationis, Nicolai de Lyran. illud Exod. 5. *Nescio Dominum & Israel non dimittam*, & Abulensi. in idem cap. q. 2. qui affirmant eam propositionem esse per se notam, non modo secundum se, ut S. Thom. & alij volunt, sed etiam viatoribus. Id quod in primis videtur docuisse Epicurus, cuius sententiam refert, & mirifice commendat Cicero lib. 1. de Natur. Deor. longe à principio, ubi postquam dixit, vulgi opiniones de Deo in maxima inconstantia, & ignoratione versari, subiungit: *Ea qui consideret, quam inconsulte, ac temere dicantur, venerari Epicurum, & in eorum ipsorum numero, de quibus haec questio est, habere debeat. Solus enim vidit primum esse Deos, quod in omnium animis eorum notionem impressisset ipsa natura. Quae enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam Deorum? quam appellat proleptin, Epicurus id est, anteceptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quicquam, nec quari, nec disputari possit.* Haec Cicero. Cum ergo ex sententia Epicuri, Dei notio à natura impressa sit, consequitur, eam rationatione non comparari. Notio enim rationatione acquisita, non suapte natura, sed labore & studio animo inhaeret. Id quod clarius indicat, cum eam vocat anticipationem sine doctrina, quia sine doctore in animo gignitur, & omnem rationationem antecedit. Siquidem sine ipsa, inquit neque quicquam intelligi, neque disputari potest; quod proprium est principiorum, quae per se nota dicuntur.

Præterea ex Patribus primo id docuit Nazianzenus oratione 24. quae est in aduentu Aegyptiorum, ubi de Deo, quem Patres appellant, inquit: *Ac de Patre quidem quid dicere necesse est, cui vno consensu omnibus naturalibus animi notionibus edocti, atque imbuti parcamus.* Quae verba elucidans Elias Cretenensis ita scribit: *Ob id igitur de Patre nihil dicendum esse, tanquam pro certo ponit, propterea quod naturaliter nobis haec cognitio inistra sit, nempe Deum esse, cui etiam parere ait, id quod ab omnibus vno consensu conceditur, vtpote naturalibus Deo notionibus iam imbutis, ac subactis.*

subiecto quid sit, propositio quidē, quantum in se est, erit per se nota, non tamen apud illos, qui praedicatum, & subiectum propositionis ignorant. Et ideo contingit, ut dicit Boet. in lib. de hebdom. quod quaedam sunt communes animi conceptiones, & per se notae apud sapientes tantum: ut incorporalia in loco non esse. Dico ergo quod haec propositio, *Deus est*, quantum in se est, per se nota est: quia praedicatum est idem cum subiecto. Deus enim est suum esse, ut infra patebit. Sed quia nos non scimus de Deo quid est, non est nobis per se nota, sed indiget demonstrari per ea, quae sunt magis nota quoad nos, & minus nota quoad naturam, scilicet per effectus.

Ad primum ergo dicendum, quod cognoscere Deum esse in aliquo communi sub quadam confusione, est nobis naturaliter insertum, in quantum scilicet Deus est hominis beatitudo: homo enim naturaliter desiderat beatitudinē: & quod naturaliter desideratur ab homine, naturaliter cognoscitur ab eodem. Sed hoc non est simpliciter cognoscere Deum esse, sicut cognoscere venientem, non est cognoscere Petrum, quauis sit Petrus veniens: multi enim perfectum hominis bonum, quod est beatitudo, existimant diuitias, quidam vero voluptates; quidam autem aliquid aliud.

Ad secundum dicendum, quod forte ille, qui audit hoc nomen Deus, non intelligit significari aliquid, quo maius cogitari non possit, cum quidam crediderint Deum esse corpus. Dato etiam, quod quilibet intelligat hoc nomine Deus significari hoc quod dicitur, scilicet illud, quo maius cogitari non potest; non tamen propter hoc sequitur, quod intelligat id, quod significatur per nomen. Sic in rerum natura, sed in apprehensione intellectus tantum. Nec potest argui quod sit in re, nisi daretur, quod sit in re aliquid, quo maius cogitari non potest: quod non est datum à ponentibus Deum non esse.

Ad tertium dicendum, quod veritatem esse in communi, est per se notum: sed primam veritatem esse, hoc non est per se notum quoad nos.

Vnica hac conclusione tota artic. doctrina continetur: *Deum esse, est propositio per se nota secundum se; nobis tamen non est, sed indiget per alia demonstrari.*

Aegid.

Argent.

Alberti.

Antioch.

Lyra.

Abulens.

Epicur.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Cicero.

Damasce.

Secundo Damascen. i. de fid. c. i. Nemo est, inquit, mortalium, cui non hoc ab eo naturaliter instum sit, ut Deum esse perfectum habeat, quin ipse quoque res condita, earumque conservatio, atque gubernatio diuina natura maiestatem predicant. Vbi Damascenus præter notionem Dei, quam ex creaturis comparamus, aliam esse dicit inditam nobis à natura, sicut Nazian. & Elias dixerunt: quæ sane notio natura indita non esset, nisi Deum esse nobis esset per se notum.

Hieronymus.
Iob 3.

Tertio Hieron. in illud Iob 36. Omnes homines vident eum: ita loquitur, Per naturam bonum notitia creatoris inest cordibus hominum, & quamuis aliquis tam prauus sit, & frigidus, ut alienus esse studeat à creatore suo: nullus tamen est, qui se abscondat à calore eius. & in Cōmen. epist. ad Galat. qui habentur in 6. tom. in illud c. i. Cum autem placuit ei, inquit: Ex quo perspicuum est, naturam omnibus Dei inesse notitiam. Nulla autem notitia natura nobis inest, nisi eorum, quæ nobis sunt per se nota erga Deum esse, est nobis per se notum.

Anselmus.

Accedit Anselmus, qui in libro pro insipiente, de Deo, qui est maius quid, quam excogitari potest, ita scribit: Postremo quod tale sit illud, ut non possit, nisi max. cogitatum indubitabilis existentia sue certo percipi intellectu, in dubio aliquo probandum mihi est argumento. Quibus verbis non proponit, se probaturum, Deum esse rem illam, qua maiore excogitari non possit, sed ait, statim absque ullo alio, cuiuslibet intellectui apparere id esse in rerum natura, quo maius excogitari non potest, & in Prologo c. 3. explicat quo pacto possit cogitari, Deum non esse: c. autem 4. demonstrat, insipientem in corde suo dixisse, Non est Deus, quia non cogitauit ullo modo rem ipsam, quæ est Deus, sed vocis tantum conceptum habuit. Ex quo inferre, nullum esse, qui cogitare possit Deum non esse, si semel concipiat, quid nonne Deus, significetur. Nec loquitur de conceptu proprio, quem intuitum appellamus, sed de quocunque alio conceptu rei distincto à conceptu vocis, quem de Deo habemus ut optime notauit Egidius: quod sane verum non esset, nisi propositio illa Deus est, esset per se nota.

Egid.

Argent.

Probat
ratione.

Ratione quoque Egidij, & Argentinæ probatur. Propositio per se nota ex tribus dignoscitur. Primo, si prædicatum est de ratione subiecti: hoc autem in prædicta propositione reperitur. Secundum, si talis est, ut directe negari non possit, quantum non directe interdum negari solet. Dico, non directe, hoc est, significato vocum non plene intellecto: hæc autem propositio, Deus est, à nemine negari potest, si rem significatam intelligat, ut docuit Anselmus. Tertio, si veritas propositionis ita manifesta est, ut quilibet statim iudicet esse veram, si intelligat, quid significet: sicut docuit Boethius de Hebdomadibus in libro, An omne quod est, sit bonum, circa principium illius, quæ conditio recidit in secundam, ac proinde eodem modo conueniet propositioni, Deus est. Addunt nihilominus Albertus, Egidius, & Thomas de Argent. eam propositionem esse per se notam non quidem omnibus, sed sapientibus, & sanæ mentis, qui percipiunt vocum significatum: nam ut docet Boet. eo loco, communis animi conceptio dupliciter potest esse per se nota, primum omnibus absque ullo discrimine hominibus; deinde solum sapientibus.

Boethius.

Communis, & verior sententia oppositum asserit.

Communis, & verior sententia, in qua ceteri Scolastici conueniunt, affirmat eam propositionem, Deus est, non esse viatoribus hominibus per se notam: non dico non esse per se notam absolute, sed solum viatoribus, in hoc enim reliqui omnes Scolastici consentiunt. An vero absolute sit per se nota, variant inter se. Hanc sententiam sic explicatam tradiderunt S. Thom. in hoc artic. & 1. contra gent. c. 10. & 11. & Ferrar. ibidem; Ricar. in 1. d. 3. art. 1. q. 2. Okam, q. 4. post medium Dur. q. 3. Gab. q. 4. art. 2. Scot. in 1. d. 2. q. 2. §. Ex his ad questionem. Gregor. q. 1. art. 2. Bassolis q. 2. Capreol. q. 2. art. 1. concl. 3. Henric. in Summa art. 22. q. 2. Caiet. & recentiores Theologi in hunc art. In ea tamen confirmanda non consentiunt Doctores citati: variant enim in definienda propositione per se nota.

S. Thom.
Ferrar.
Ricar.
Okam.
Dur.
Gabr.
Scotus.
Gregor.
Bassol.
Capreol.
Henric.
Caiet.

Imprimis autem S. Tho. in confirmationem huius sententiæ præmittit, propositionem per se notam eam esse, in qua prædicatum est de ratione subiecti: quam definitionem, ut minus sufficientem impugnant Scotus, Gregor. & Aureolus, nam sicut propositio, in qua prima passio de definitione primi, & adequati subiecti prædicatur, est propositio medio vacans, & prima, sic etiam erit per se nota: id quod ingenue fatentur Caietanus, & Ferrar. locis cit. Excusant vero S. Thom. quod ille hoc loco non tradiderit definitionem propositionis per se notæ, sed solum dixerit, tunc quidem esse propositionem, cum prædicatum est de ratione subiecti, in quo veram, & sufficientem causam, non autem adequatam, & propriam propositionis per se notæ assignauit. Omnis enim propositio, in qua prædicatum est de ratione subiecti, est per se nota, non contra. Quod si alibi hoc eodem modo definitum est à B. Thoma propositio per se nota, intelligi debet ea definitio, ut admovent Caiet. & Ferrar. addita particula formaliter, vel virtualiter, vel proxime, vel remote. Hoc dicunt propter propositionem per se notam in qua prima passio de definitione subiecti prædicatur, quæ est de ratione ipsius saltem virtualiter, vel remote.

Quid sit
propositio
per se nota
secundum
S. Thom.

Hoc iactō fundamento docet S. Doctor hanc Propositionem, Deus est, secundum se esse per se notam, eo quod prædicatum est de essentia subiecti, nobis tamen non esse per se notam propter defectum nostri intellectus: quia non cognoscimus de Deo, quid sit, ac proinde ratione aliqua ad assensum illius indigemus: quæ aliqui perfecte intelligenti esset per se nota. Cum S. Thoma faciant Capreolus, Caiet. Ferrar. & recentiores.

Ratio S.
Thomæ.

Contra vero Scotus in ea questione, §. Quoniam secundum: affirmat propositionem per se notam frustra distinguere in eam, quæ est secundum se, & nobis: sed per se notam esse, quæ à quocunque intellectu perfecte cognitis terminis per se vera iudicatur; atque ita docet, hanc propositionem, Deus est, esse per se notam absolute; nobis tamen non esse per se notum, Deum esse; in quo, ut dixi, auctoribus huius sententiæ consentit: non tamen propterea distinctionem illam propositionis per se notæ sequitur, quam proxime improbauerat, sed inquit in nobis viatoribus, quibus

Scotus.
Sententia
Scoti de hæc
re.

quibus non est per se notum, Deum esse, aliam esse propositionem, in qua esse, seu existentia de conceptu obiectiuo, quem de Deo habemus, predicatur; aliam vero in Beatiss, que ipsis est per se nota: quia perfecte, & quidditative termini sunt apprehensi.

Gregor. G. 6. Okam. B. 1. 1. Sententia. Nominat. lium. Quid sit secundum esse per se nota.

Postremo Gregor. qu. illa 1. art. 1. Gab. qu. illa 4. art. 1. Okam, & Balliolis, locis allegatis, dicunt, propositionem per se notam esse, ad cuius assensum sufficit noticia suorum terminorum, siue intuitiua, siue abstractiua: neque diuidunt in per se notam, & secundum se, & nobis: sed per se notam dicunt ei esse, cui apprehendenti terminos illius intuitiue, vel abstractiue, absque alio nota est. Quare in eorum sententia propositio per se nota non dicitur absolute, sed relate ad cognoscentem.

8. Addunt deinde significatum huius propositionis, *Deus est*, esse per se notum videnti ipsam, sed nobis abstractiue cognoscentibus non esse: dualque esse propositionem, alteram in mente videntis Deum, alteram in mente viatoris. Quare licet eadem res significata possit dici natura sua per se nota, nobis autem non item; non tamen eadem propositio hoc modo distingui debet, cum non sit idem conceptus in predicato, & subiecto respectu videntis Deum, & respectu viatoris. Quod si intelligant de ipsa connexion, & conceptus, quatenus includit modum concipiendi, horum sententia, in qua etiam Scotus consentit, mihi probatur. De rebus igitur ipsis recte dici potest, quidam esse natura sua per se notas, non autem nobis, alias vero etiam nobis esse per se notas: quemadmodum Aristot. Poster. cap. 2. dixit, quidam esse notiora natura sua, quidam nobis: inquit, *Natura sua*, hoc est, respectu intellectus sine imperfectione; ait autem, *Nobis*, hoc est, intellectui cum imperfectione ex communicatione sensuum. Quocirca horum sententia, in qua etiam conuenit Henricus ab opinione S. Thomae, & aliorum re ipsa non differt.

Hac igitur omnia contentione certum est, id non esse per se notum, quod non ex terminis suis, sed per aliud notum est. Quare si Deum esse, per aliud nobis innotescit, non erit nobis per se notum. Nobis autem innotescere per aliud, probat Gabriel primum quoniam de propositionem per se alicui nota non potest ille dubitare, sed nos possumus dubitare de hac propositione, *Deus est*, ergo nobis non est per se, sed per aliud nota. Deinde Theologi, & Philosophi summopere laborant, ut probeant esse vnum Deum: ergo id non est viatoribus, per se notum: quare enim sunt per se nota aut facile probantur, aut probatione non indigent.

CAPVT III.

Optimam rationem predictae sententiae probatur.

9. Impugnatur ratio per se nota.

Predictam sententiam censeo verisorem, habentis tamen non satis probatam esse. Primum enim ex eo, quod non habeamus conceptum Dei proprium, & quidditativum, non inferitur, Deum non esse nobis per se notum. Illud enim principium, *Quodlibet est, vel non est*, sub quo Angelus, & ipse Deus continetur, est nobis per se notum: ergo est etiam per se notum, Deum esse vel non esse, cum tamen Dei conceptum proprium non habeamus: simile est illud, omne incorporeum

loco corporeo non commensuratur, & tamen rei incorporeae conceptum quidditativum non habemus.

Deinde prior ratio Gabrielis solum probat, insipientibus, & male affectis per se non innotescere, Deum esse: hi enim solum sunt, qui dubitare possunt: opposita autem opinio non affirmat omnibus, sed sapientibus, & bene affectis esse per se notum. Neque quicquam obstat quod aliqui dubitauerint, vel etiam opinati fuerint plures esse Deos, nunc enim non de vnitatem, sed de existentia Dei controuersia est. Quod si bene affectis, & dispositis aliquando subrepat de hac aliqua dubitatio, non impedit Deum illis esse per se notum: hoc enim contingit, quia res à sensu remota est, si leui consideratione mens ipsa ei adhareat, cum tamen illam plene considerat, cessat omnis dubitatio. Posterior etiam ratio Gabrielis nihil aliud probat: non enim difficile est, demonstrare Deum esse, nisi insipientibus, & obfirmatis in malo.

Vnica igitur ratio est, quae hanc sententiam optime comprobatur. Præmittendum autem est, Deum in se absolutum esse ab omni relatione ad creaturas, ut disp. 104. cap. 6. ostendimus, à nobis tamen non cognosci nisi relate ad ipsas: quare omnia nomina Dei aliquod genus relationis aut dominij, aut causae, aut alterius rationis denotant, ut inductione constat: quo fit, ut nulli possit proponi hæc veritas, *Deus est*, ita absolute, quin significatum nominis, *Deus*, relate concipiat ad vniuersum, vel per modum Domini, vel Principis, &c. sic ergo non solum Deum, sed alia etiam creata concipit, quorum Deum, & Dominum agnoscit.

Ex hoc fundamento predicta sententia monstratur: si enim audita hac propositione, *Deus est*, absolute, & sine vlla relatione ad creaturas, Deus à nobis cognosceretur, non esset nobis per se notum Deum esse, non solum euidenter, sed neque probabiliter, sicut quædam primæ opiniones per se probabiles esse solent. Id quod satis manifestum est. Cum vero Deus relate ad creaturas semper apprehendatur, etiam absque labore, & assidua disciplinæ exercitatione statim assentiamur, & iudicemus Deum esse, non propterea est nobis per se notus: ex ipsis namque creaturis, per ordinem ad quas Deus cognoscitur, subita quadam ratiocinatione predictæ propositioni assensum præbimus. Quocirca, sicut impossibile est, Deum à nobis cogitari pro hoc statu, nisi relate ad creaturas, sic etiam fieri nequit, ut per se, & non per alia nobis innotescat. Hæc ergo vniuersi machina, hæc cælorum moles, & amplitudo subito quodam discursu nos ducit in cognitionem alicuius omnium Imperatoris, & gubernatoris: quam sane notitiam ideo Epicurus appellauit anticipationem quendam sine doctrina animis hominum à Deo impressam: Hieronymus autem Damascenus, & Elias naturaliter insitam, Nazianzenus denique naturalitatem homines edoctos, & imbutos esse dixit, quod talis notio non indigeat assiduo labore disciplinæ, sicut aliæ veritates, sed illico ipso naturæ lumine ex rebus creatis colligatur.

Verum quia Damascenus duplicem Dei notionem videtur assignare, quandam naturaliter nobis insitam, quandam vero ex ipsarum creaturarum conseruatione, & gubernatione deductam: nos

Ratio vera adducitur.

Deum, in per se nota.

Per alia a se cognoscitur Deus.

Epicurus.

Hieronymus, Damascenus, Elias, Nazianzenus.

Damascenus.

nos autem priorem illam etiam ex creaturis collectam asserimus; operæ pretium erit admonere, quot modis notitia illius propositionis *Deus est*, habeatur, ex quo etiam mens Damasceni perspicua fiet.

Tribus igitur modis naturalibus *Deus* nobis notus est. Primus est per humanam fidem, quam parentum doctrina à pueritia didicimus, quæ ita animo hæret, ut videatur nobis per se notum *Deum* esse; quod à pueritia ex communi hominum sententia notitia illa corroborata nobiscum incrementa suscepit; cum tamen reuera non sit nobis per se notum, sed ex aliorum auctoritate creditum.

Secundo cognoscimus *Deum* non ex aliorum auctoritate, sed quia visa hac rerum vniuersitate absque vlla alia laboriosa ratiocinatione statim apparet *Deum* esse, si non euidenter, saltem summa probabilitate: ut, sicut inter homines videmus in domo, aut ciuitate aut regno, esse supremum aliquem gubernatorem, ita statim in hoc vniuerso credamus esse aliquem omnium Principem. Hæc autem *Dei* notitia non caret omni ratiocinatione, sed adeo facili consequentia colligitur, ut quasi naturaliter indita videatur.

Tertio denique modo ex conseruatione, & gubernatione creaturarum exactiori consideratione, & discursu à posteriori, non tantum probabiliter, sed etiam euidenter probamus, quantum naturali philosopho fas est, *Deum* esse. Duos posteriores modos recensuit Damascenus, & priorem, qui secundus in ordine est, dixit esse naturaliter inditum, ob rationem proxime assignatam. Posteriori vero, qui tertio loco positus est à priori distinctus, quia quauis uterque per ratiocinationem ex creaturis habeatur, prior tamen ita facili negotio comparatur, ut absque discursu esse videatur. Idcirco Nazian. oratione 3. quæ est 2. de Theologia, aliquantum à principio, cuius verba disputatione sequenti referemus, asserit lege naturali nos omnes edoceri *Deum* esse, dum ex rebus aspectui subiectis, ac recto ordine collocatis ratio colligit auctorem earum esse, quam sane collectionem vno ex duobus illis modis fieri, necesse est: sed nullo modo propositio illa per se nota dici potest.

CAPVT IV.

Diluantur argumenta prioris sententia.

Reliquum est, ut prioris sententia argumenta diluamus. Ad omnia autem testimonia, præter Anselmi, præcedenti capite satis dictum est. Ad Anselmum vero primum respondeo, etiam si non possit *Deus* à nobis non cogitari, si semel concipiamus rem significatam per nomen, id tamen non prouenire ex eo, quod sit per se nota propositio, *Deus est*, sed quia ex rebus creatis statim tam euidenter, aut probabiliter apparet, *Deum* esse, ut non sit in nostra potestate illud negare. Fateor nihilominus, Anselmum quasi per hyperbolen dixisse, à nemine negari posse *Deum*, nisi ab eo, qui solum vocem, non autem significatum nominis percipit: id quod eodem sensu dixit, quo dicemus 1.2. q. 77. art. 2. in eo, qui peccat, semper esse defectum cognitionis, quia rem ipsam ita leuiter percipit, ut quasi ebrius, & temulentus, qui refert sententias, solum vocum consonantiam retinere videatur; cum tamen rem ipsam aliquo modo etiam intelligat: quia igitur insipiens non

satis penetrat, quid nomine, *Deus*, significetur, dicit in corde suo, cum non esse.

Rationem quoque *Ægidij*, & *Argentinae* conuellere non est difficile. Respondeo ergo, neque omnes illas tres conditiones, neque quamlibet illarum sufficere, ut aliquid dicatur per se notum. Prima non sufficit, nempe prædicatum esse de essentia subiecti in propositione: in hac enim, *Angelus est corporeus*, vel in hac, *Angelus est incorporeus*, prædicatum est de essentia subiecti, neutra tamen est per se nota, sed de vtraque fuit opinio varietas. Secunda etiam, & tertia, quæ in eandem recidunt, similiter non faciunt propositionem per se notam: nam & propositio euidenter demonstrata, statim ab omnibus vera iudicatur, non tamen est per se nota: vtraque etiam conditio, si in eandem conueniat propositionem ut fieri potest, non faciet eam per se notam: nam contingere potest, talem propositionem per discursum facilem probari.

At dicat aliquis, eam propositionem, quæ euidenter demonstratur, & non est per se nota, solum iudicari veram, & negari non posse, quoties demonstrationi coniuncta est, per se tamen, & seorsum acceptam facile posse negari: quare quæ secundum se sumpta semper iudicatur vera, merito dicitur per se nota: qualis videtur esse illa, *Deus est*. Respondeo hanc propositionem nunquam à probatione separari: cum enim *Deus* concipi non possit, nisi relate ad creaturas, semper prædicta propositio, per aliud nobis nota est; sed quia facilis, & subitus est ille discursus, non videtur prædicta propositio per aliud probari.

ARTICVLVS II.

*Vtrum *Deum* esse sit demonstrabile.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod *Deum* esse non sit demonstrabile: *Deum* enim esse, est articulus fidei: sed ea quæ sunt fidei, non sunt demonstrabilia: quia demonstratio facit scire, fides autem de non apparentibus est, ut patet per Apostolum ad Hebr. 11. ergo *Deum* esse non est demonstrabile.

2. Præterea Medium demonstrationis est quod quid est, sed de Deo non possumus scire quid est, sed solum quid non est, ut dicit Damasc. ergo non possumus demonstrare *Deum* esse.

3. Præterea. Si demonstraretur *Deum* esse, hoc non esset nisi ex effectibus eius: sed effectus eius non sunt proportionati ei, cum ipse sit infinitus, & effectus finiti: finiti autem ad infinitum non est proportio: cum ergo causa non possit demonstrari per effectum sibi non proportionatum, videtur quod *Deum* esse non possit demonstrari.

Sed contra est, quod Apostolus dicit ad Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sed hoc non esset, nisi per ea, quæ facta sunt, posset demonstrari *Deum* esse: primum enim, quod

Solutio ratio pro contraria sententia lata.

Obiectio.

14. Solutio.

15. 1. contr. ca. 11. 13. Et post. q. 7. a. 3. opus 3. 4.

Lib. 1. ortho fidei ca. 4.

quod oportet intelligi de aliquo, est, an sit.

Respondeo dicendum, quod duplex est demonstratio; una, quæ est per causam; & dicitur propter quid: & hæc est per priora simpliciter: alia est per effectum, & dicitur demonstratio, quia & hæc est per ea, quæ sunt priora quoad nos. Cum enim effectus aliquis nobis est manifestior quàm sua causa, per effectum procedimus ad cognitionem causæ, ex quolibet autem effectum potest demonstrari, propriam causam eius esse, si tamen eius effectus sint magis noti quoad nos. Quia cum effectus dependeat à causa, posito effectum necesse est causam præexistere. Unde Deum esse secundum quod non est per se notum quoad nos, demonstrabile est per effectus nobis notos.

Ad primum ergo dicendum, quod Deum esse, & alia huiusmodi, quæ per rationem naturalem nota possunt esse de Deo, ut dicitur Rom. i. non sunt articuli fidei, sed præambula ad articulos. Sic enim fides præsupponit cognitionem naturalem, sicut gratia naturam: & ut perfectio perfectibile: nihil tamen prohibet illud, quod secundum se demonstrabile est, & scibile, ab aliquo accipi, ut credibile, qui demonstrationem non capit.

Ad secundum dicendum, quod cum demonstratur causa per effectum, necesse est ut effectum loco definitionis causæ ad probandum causam esse: & hoc maxime contingit in Deo: quia ad probandum aliquid esse, necesse est accipere pro medio quid significet nomen, non autem quod quid est: quia questio quid est, sequitur ad questionem, An est: nomina autem Dei imponuntur ab effectibus, ut postea ostenditur: unde demonstrando Deum esse per effectum, accipere possumus pro medio quid significet hoc nomen Deus.

Ad tertium dicendum, quod per effectus non proportionatos causæ, non potest perfecta cognitio de causâ haberi: sed tamen ex quocunque effectum potest manifeste nobis demonstrari causam esse: ut dictum est: & sic ex effectibus Dei potest demonstrari Deum esse: licet per eos non perfecte possimus eum cognoscere secundum suam essentiam.

Conclusio est, Deum esse, non potest à priori demonstrari, quod etiam conuenit propositioni per se notæ: à posteriori tamen, & per effectus demonstrari potest.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus sit.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod Deus non sit. Quia si vnum

contrariorum fuerit infinitum, totaliter destrueretur aliud. Sed hoc intelligitur in hoc nomine Deus, scilicet, quod sit quoddam bonum infinitum: si ergo Deus esset, nullum malum inueniretur. Inuenitur autem malum in mundo, ergo Deus non est.

2. Præterea. Quod potest compleri per pauciora principia, non fit per plura. Sed videtur, quod omnia, quæ apparent in mundo, possunt compleri per alia principia, supposito quod Deus non sit, quia ea quæ sunt naturalia, reducuntur in principium, quod est natura. Ea vero quæ sunt à proposito, reducuntur in principium, quod est ratio humana, vel voluntas. Nulla igitur necessitas est, ponere Deum esse.

Sed contra est, quod dicitur Exod. 3. ex persona Dei, Ego sum, qui sum.

Respondeo dicendum, quod Deum esse, quinque vijs probari potest.

Prima autem, & manifestior via est, quæ sumitur ex parte motus. Certum est enim, & sensu constat, aliqua moueri in hoc mundo: omne autem quod mouetur, ab alio mouetur. Nihil enim mouetur, nisi secundum quod est in potentia ad illud, ad quod mouetur: mouet autem aliquid secundum quod est actu. Mouere enim, nihil aliud est, quam educere aliquid de potentia in actum. De potentia autem non potest aliquid reduci in actum, nisi per aliquid ens in actu: sicut calidum in actu; ut ignis, facit lignum, quod est calidum in potentia, esse actu calidum, & per hoc mouet, & alterat ipsum. Non autem est possibile, ut idem sit simul in actu, & potentia secundum idem, sed solum secundum diuersa, quod enim est calidum in actu, non potest simul esse calidum in potentia, sed est simul frigidum in potentia. Impossibile est ergo quod secundum idem, & eodem modo aliqui sit mouens, & motum, vel quod moueat seipsum: omne ergo quod mouetur, oportet ab alio moueri. Si ergo id, à quo mouetur, moueatur: oportet, & ipsum ab alio moueri, & illud ab alio: hic autem non est procedere in infinitum: quia sic non esset aliquid primum mouens, & per consequens, nec aliquid aliud mouens; quia, mouentia secunda non mouent, nisi per hoc quod sunt mota à primo mouente: sicut baculus non mouet nisi per hoc quod est motus à manu: ergo necesse est deuenire ad aliquid primum mouens, quod à nullo mouetur, & hoc omnes intelligunt Deum.

Secunda via est ex ratione causæ efficientis. Inuenimus enim in istis sensibilibus esse ordinem causarum efficientium, nec

cont. c. 13.
Et opus. 3.
c. 2. Et vari.
q. 1. r. 4. 7.
& p. 4. 7.

Ephes. 3.
& 8. Physic.

q. 13. art. 1.

In cor. art.

13.
1. d. 5. q. 1.
art. 1. Et l.

Ex 2. Met.

nec tamē inuenitur, nec est possibile quod aliquid sit causa efficiens sui ipsius, quia sic esset prius seipso, quod est impossibile; non autem est possibile quod in causis efficientibus procedatur in infinitum: quia in omnibus causis efficientibus ordinatis primum est causa medij, & medium est causa vltimi, siue media sint plura, siue vnum tantum: remota autem causa, remouetur effectus: ergo si non fuerit primum in causis efficientibus, non erit vltimum, nec medium. Sed si procedatur in infinitum in causis efficientibus, nō erit prima causa efficiens: & sic non erit nec effectus vltimus: nec causæ efficientes mediar, quod patet esse falsum: ergo est necesse ponere aliquam causam efficientem primā: quam omnes Deum nominant.

Tertia via est sumpta ex possibili, & necessario, quæ talis est. Inuenimus enim in rebus quædam, quæ sunt possible esse, & non esse: cum quædam inueniantur generari, & corrumpi; & per consequens possible esse, & non esse. Impossibile est autem omnia quæ sunt talia, semper esse: quia quod possibile est non esse, quandoque non est: Si igitur omnia sunt possible non esse, aliquando nihil fuit in rebus. Sed si hoc est verum, etiam nunc nihil esset: quia quod non est, non incipit esse, nisi per aliquid quod est. Si igitur nihil fuit ens, impossibile fuit, quod aliquid inciperet esse, & sic modo nihil esset, quod patet esse falsum. Non ergo omnia entia sunt possible: sed oportet aliquid esse necessarium in rebus. Omne autem necessarium, vel habet causam suæ necessitatis aliunde, vel non habet; non est autem possibile, quod procedatur in infinitum in necessarijs, quæ habent causam suæ necessitatis, sicut nec in causis efficientibus, vt probatum est: ergo necesse est ponere aliquid, quod sit per se necessarium, non habens causam necessitatis aliunde, sed quod est causa necessitatis alijs: quod omnes dicunt Deum.

In 1. dicitur
in isto articulo.

Quarta via sumitur ex gradibus, quæ in rebus inueniuntur. Inuenitur enim in rebus aliquid magis, & minus bonum, & verum, & nobile: & sic de alijs huiusmodi. Sed magis, & minus dicuntur de diuersis, secundum quod appropinquant diuersimode ad aliquid, quod maxime est: sicut magis calidum est, quod magis appropinquat maxime calido. Est igitur aliquid, quod est verissimum, & optimum, & nobilissimum, & per consequens maxime ens, nam quæ sunt maxime vera, sunt maxime entia, vt dicitur 2. Metaph. Quod autem dicitur maxime tale in aliquo genere, est causa omnium, quæ sunt illius gene-

2. Metaph.
com. 4. te. 3.

ris: sicut ignis, qui est maxime calidus, est causa omnium calidorum, vt in eodem libro dicitur. Ergo est aliquid quod omnibus entibus est causa esse, & bonitatis, & cuiuslibet perfectionis: & hoc dicimus Deum.

Quinta via sumitur ex gubernatione rerum: videmus enim, quod aliqua, quæ cognitione carent, scilicet corpora naturalia, operantur propter finem: quod apparet ex hoc, quod semper, aut frequentius eodem modo operantur, vt consequantur id, quod est optimum. Vnde patet, quod non à casu, sed ex intentione perueniunt ad finem. Ea autem quæ non habent cognitionem, non tendunt in finem, nisi directa ab aliquo cognoscente, & intelligente: sicut sagitta à sagittante: ergo est aliquid intelligens, à quo omnes res naturales ordinantur ad finem: & hoc dicimus Deum.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut dicit August. in Enchirid. Deus cum sit summè bonus, nullo modo sineret aliquid mali esse in operibus suis, nisi esset adeo omnipotens, & bonus, vt beneficeret etiam de malo: hoc ergo ad infinitam Dei bonitatem pertinet: vt esse permittat mala, & ex eis eliciat bona.

Ad secundum dicendum, quod cum natura propter determinatum finem operetur ex directione alicuius superioris agentis: necesse est ea, quæ à natura fiunt, etiam in Deum reducere, sicut in primam causam. Similiter etiam quæ ex proposito fiunt, oportet reducere in aliquam altiorum causam, quæ non sit ratio, & voluntas humana: quia hæc mutabilia sunt, & defectibilia: oportet autem omnia mobilia, & deficere possible, reduci in aliquod primum principium immobile, & per se necessarium: sicut ostensum est.

In art. quinque medijs S. doctor probat Deum esse: cumque art. præced. dixerit, id posse demonstrari, procul dubio in hoc contendit demonstrationes solum asserre.

DISPUT. XX.

An Deum esse, vera demonstratione probari possit.

Error Atheorum, cap. 1.

Non posse euidenter ostendi, Deum esse, arbitratur Alliacensis, cap. 2.

Deum esse, posse demonstrari, communis est Theologorum opinio, cap. 3.

Deum esse, rationibus demonstratur, cap. 4.

CAPVT